ad principiũ vñ exiuit. Aius itaq; hũan° natione cœlestis per Mosen designat, cũ carne terrena p Aethiopissam designata cõiugiũ trahit, qñ corpi ifundit. Et aius rõnalis naturalr deside rat beatitudinẽ, & in cœlũ reuerti, sed uxor i. sensualitas, eum ipedit, ideoutẽdũ ẽ cautela Mosi, ut duos ãnulos in gẽmis fa ciam°, & annulũ obliuiõis tradam° carni, q annul° ẽ recogni tio mortis. Psal. Obliuiõi dat°sum tãq; mortu° a corde, Sed an nul° memoriæ ẽ recogitatio pfiæ æternæ. Psal. In memoria æterna erũt iusti. Et sic qlibet Iubilarius libere ad possessiones & mãsiones cœlestes ad angelo; Iubilũ redire poterit q̃d no bis concedat in ultimo Iubileo tuba nouissima canente, Chri stus in secula benedictus, Amen.

FINIS.

Diete triginta a Colonia versus

Romã in sensu locali & reali hoc ordine notantur, secũ dum cõmunem cursum Romipetarum.

¶Prima dieta, a Colonia p Bonnam ad Wynteren.
II. Per Andernacum ad Confluentiam.
III. Per Bopardiam, & per sanctum Goarem ad We saliam uel Bacharacum.
IIII. Per diuersa loca ad Maguntiam.
V. Per Oppenhem ad wormatiam
VI. Ad Spyram.
VII. Transtretando Rhenum in Huysen, ultra progre diendo per Bruxellam ad Mariam in Bretten.
VIII. Per Feyghien ad Kanstat,
IX. Per Eslyngiam ad Gyppingen.
X. Per Geyssling en ad Vlmam.
XI. Ad Memnyngen.
XII. Ad Kempedonam.
XIII. Per Nesselwangel ad Fylt3.
XIIII, Per pontẽ in Reuytten, & per Clu am Cæsaris, & trãscenso mõte Verrer ad Na3areyth sub pede montis
XV. Per Impss & Landeck ad Broyt3.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

XVI. Ascendendo montem sancti Nicolai ad Malt3, ut ad septem ecclesias.
XVII. Per Slander ad Meraen.
XVIII. Per Eppen & Tramyn ad Saluir.
XIX. Per Neuus & Tridentum ad Roueretum
¶ Nota, hic computantur miliaria Italica
XX. Per Clusam Venetorum & p Veronam ad Schalam
XXI. Per Ostyam ubi currit Padus fluuius per Merandulam ad Bonport.
XXII. Per castellum sancti Iohannis & per Bononiam, si placet ad Planoram
XXIII. Per Florensiolam per montem Scarparye ad Scarparyam ciuitatem.
XXIIII. Per Florentiam ad sanctum Cassianum
XXV. Per sanctum Donatum ad Senas.
XXVI. Per Bonoconuentum ad sanctum Clericum.
XXVII. Per nouã Casam & p Alapaleã ad Aquãpẽdẽtẽ
XXVIII. p sctm̃ Laurẽtiũ & Bulsenũ ad mõtẽ Flasconẽ
XXIX. Per Viterbium & Ronsolyoen & Suyters ad Monterose.
XXX. Per Turbykaen, & p Isulam ad Romã, Hic iubet sanctus Petrus quiescere prima nocte, Sequẽtibus aũt diebus non sufficit Romæ fuisse, sed requirit sanctas basilicas uisitare aut uisitasse, Nã secũdũ Hieronymũ ad Pammachiũ de morte Paulinæ, Nostris tẽporibus Roma possidet q̃d mundꝰ ante nesciuit. Nec ideo Roma uisitat, quia est caput mundi, uel propter libertatẽ, aut inertiã, iuxta illud Vergilij in Bucolicis

Et quæ tanta fuit Romam tibi causa uidendi?
Libertas. &c̃. Alias in pigro peregrino impletur tritũ uulgi sermone prouerbiũ. Oleũ perdit & impensas q boues ad te mittit Roma, ut habet Hieronymus in epla ad Pammachiũ, de optimo gñe interpretandi, Sed causa principalis ad Vrbem, est propter frequentationẽ liminũ aplorꝝ, & propter indulgentiarum consecutionem.

Coloniæ in officina honesti ciuis Petri Quentel. 1525.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf